succensere respondisse nisi ad hoc
dicerem quod debui aut non sic dice
rem ut debui Quia nec miror minus
nos scire inuicem quae sciuntur a con
iunctissimis et familiarissimis nostris. In quorum Ego
caritate fateor facile me totum p
roicio praesertim fatigatum scandalis
saeculi et in ea sine ulla sollicitudine re
quiesco. Deum quippe illic esse sentio in quem
me securus proicio et in quo securus requies
co; Nec in ista securitate crastinum
illud humanae fragilitatis incertum
de quo superius gemui omnino formi
do; Cum enim hominem christiana ca
ritate flagrantem adque in fidelem
amicum factum esse sentio quidquid
consiliorum meorum cogitationumque
committo Non homini committo sed
illi in quo manet ut talis sit; Deus enim
caritas est et qui manet in caritate
in deo manet Quam si deseruerit
tantum faciat Necesse est dolorem
quantum manens faciebat gaudium;
Verumtamen ex amico intimo fac
tus inimicus Quaerat sibi potius
quod fingat astutus non inueniat
quod prodat iratus Hoc autem
unusquisque facile adsequitur non
occultando quod fecerit sed non fa
ciendo quod occultare uelit Quod
misericordia dei bonis piisque
concedit Ut inter amicos quoslibet
futuros liberi securique uersentur;

aliena peccata sibi commissa non pro
dant quae prodi timeant ipsi nulla com
mittant Cum enim falsum quidem
maledici fingitur aut omnino non cre
ditur aut salua integra salute ro
te fama uitatur quod cum male
perpetratur hostis est intimus et iam
simulus intimi loquacitate aut
lite uulgetur. Quapropter quis pruden
tium non uideat et tu quam tolera
bilia facias comitissimi quondam
et familiarissimi incredibiles nunc
inimicitias consolante conscientia
Et quemadmodum tandem tacitus quod
a quibusdam forsitan credatur
in nimis animis deputare quibus
nimius quam decet ur contra dia
bulum dimicatur. Nam et nunc tibi ille tam
maledicum aliquo modo minorem
quaerere isto modo armatiorem hoc
magnum est et triste miraculum
est secernitur talibus adhaec in
imicitias peruenisse. Lamentemus
et multo magis et inimicitias ta
libus adspirantem concordiam reuer
sare;

SCI AGUSTINI AD SCM
HIERONIMUM

XX DOMINO DILECTISSIMO
et cultu sincerissimo caritatis
obseruando atque amplectendo
fratri et conpresbytero hieronimo augustinus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BLB Badische Landes-Bibliothek

HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0177